Morbio 21 (108)

146

Philippus Comes Virtutum. Universis et singulis presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus quod nos de fidelitate vita moribus prudentia et scientia dilecti nostri Henrici de Naas in iure civili studentis sufficienter informati ipsum in familiarem et consiliarium nostrum assumpsimus et retinuimus assumimusque et retinemus per presentes. Cetui et numero aliorum nostrorum consiliariorum et familiarium aggregantes. Volentes ac serie dictarum presentium declarantes quod ipse perfruatur et gaudeat universis et singulis gratiis libertatibus franchisiis immunitatibus privilegiis prehemmentiis et prerogativis quibus ceteri nostri consiliarii perfruuntur et perfrui consueverunt quamdiu nostre placuerit voluntati. Quocirca universis iusticiariis officiariis et subditis nostris districte precipiendo mandamus quosvis alios deprecando quatenus dictum Henricum pro nostro consiliario et familiari reputent atque tractent. Ac de gratiis libertatibus franchisiis immunitatibus privilegiis prehemmentiis et prerogativis supradictis uti et gaudere plenarie et libere faciant et permittant. Eundemque in omnibus et per omnia nostri contemplatione suscipiant favorabiliter recommissum. Dat. Ast die xviij mensis marcij Mccccoctodecimo.

Per dominum comitem. Dominis Anthonio de Boulleriis et Perceuallo de Boulainvillariis militibus et aliis presentibus.

G. de Cathen

1416. 14 Martij.

Morbio 21 (108)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1854657615-13